1942

Ligeza Consorti sua Reformat

1943

Idem eidem Debet

numeri in seno currentis qui libet floreni quilibet triginta grossis polonicalibus computando et numerando certi liquidi debiti mutuatos pecunias hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere realiterque et in effectu … reddere ac relinquere repositamque et relictam prorsus ab eodem officio non effdeixbere nec arestare vel alio quovis modo impugnare idque sub simili et speciali vadio Decem Millium florenorum Polonicalium per eundem recognoscentem Generosum Joannem Ligeza aut eius successores suprascriptae Generosae Annae Grabinska Consorti suae aut eius posteritati pro non persolutione summae prefatae principalis pro tempore et loco suprascriptis ad solvendum succumbendo. Circa quem memoratus recognoscens Generosus Joannes Ligeza dat et concedit cuilibet Amico suprascriptae Generosae Annae Grabinska Consortis suae … plenariam facultatem et omnimodam potestatem Inscriptionem praesentem debitoriam ex his actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia ante decursum Anni transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit ac si per semet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac re aliqua principali non completa complendisque praemissis … existens memoratus recognoscens aut eius successores ad instantiam suprascriptae Generosae Consortis suae aut eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recepta suprascripta quo ad reddendum specialiter mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio … parere reddere …

… huic Inscriptioni huic satisfacere ac omnia iudicanda pati debebit et tenebitur seque suos successores ad eaque omnia obligat eundem terminum primum peremptorium ac alios omnes consequentes eiusdem Causae terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorive aetate … legatione intra vel extra regnum Servitio militari ad munimenta ad exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem extra … terminos officii praesentis Castrensis … dilationem sibi non recipiendo nullasque … appellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissisque omnibus poenis simplicibus vel triplicatis exactionibus suspensionibus … iuris praescriptione … bello communi neque tam aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo … praemissis omnibus mediante.

Eorundem Coniugum mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Ligeza Generosi olim Andreae Ligeza filius bonorum villae … et Zarzice heres ab una et Anna Grabinska coniuges legitimi ex altera partibus maritus sibi per se praefata autem consors cum eiusdem mariti sui tutoris coniugalis personali assistentia et consensu … sani mentibus et corporibus existentes et … amicorum suorum salubri consilio … bonis … suis quibusvis propriis et comparatis … huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi …